Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



affirmant et iam quam plurimi quod hec ideo agas quia
fornicationis uicio tenearis. et ideo ne solus uide-
aris errare. non cessas de aliis detrahere. Ad hec
senior respondens ait. Hec omnia que dixistis
uicia in me esse cognosco. nec possum negare tantas in-
iquitates meas. Procidensque pronus in terram. adora-
bat eos dicens fratres dicens. Precor uos fratres ut intencius
pro me misero. et multis peccatis obnoxio xpm dnm
exorare non cessetis. ut indulgentiam tribuat iniquita-
tibus meis multis ac malis. Ad hec supradicti fratres ad-
dentes. dixerunt ei. Nunc latet et iam hoc. quia here-
ticum te esse quam plurimi affirmare uoluntur. Hoc
autem cum audisset senior. dixit eis. Licet malis mul-
tis. et peccatis obnoxius sim. tamen hereticus penitus
non sum. absit hoc ab anima mea. Tunc omnes fratres qui
ad eum uenerant prostrauerunt se in terram ad pedes
eius. obsecrantes eum ac dicentes. Precamur te abba ut
dicas nobis. cur tanta uitia et peccata dicentibus no-
bis de te in nullo commotus es. de uerbo autem heretici
ualde te commouisti. et abhominatus es nec suffer-
re potuisti auditum. Dixit eis senior. Illas pri-
ores culpas atque peccata propter humilitatem susti-
nui. ut peccatorem me esse crederetis. Nouimus
enim quia si custodiatur humilitas. uirtus magna
salutis est anime. Nam dns et saluator nr ihc xpc
cum ei iudei multas contumelias. et cum uicia irrogas-
sent patienter cuncta tolerauit. ut nobis humi-
litatis preberet exemplum. In missi et iam falsi testes
multa aduersus eum falsa dixerunt. et usque ad
mortem crucis patienter cuncta sustinuit. Ita enim